

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ

THESAURUS GRAECÆ LINGUÆ AB HENRICO STEPHANO CONSTRUCTUS

Λειχήν, ἤνος, ὄ, [et ἦ : v. infra] Lichen, Summæ cutis asperitas cum leni pruritu. [Depetigo, Impetigo, Mentagra, Mentigo, Gl.] Deterior quidem est pruritu, ut qui sine asperitate sit, sed lenior quam psora aut lepra, adeo ut si jejuna saliva quotidie defricetur, sanescat : increscens vero, et extremam cutem in furfures resolvens, in psoram transit, atque inde in lepram, ubi pro furfuribus piscium quasi squamulæ concrescunt. Λειχήνος nomine illum etiam impetiginosum morbum, Mentagram Romanis appellatum, sed multo magis ferum et agrestem ob id dictum, Plin. comprehendit, qui definitur ab eo non squamis, ut lepra, sed fædo cutis furfure, totos primum vultus, deinde vero et colla pectusque et manus occupante, oculis tantum immunibus. Fuit autem, ut idem auctor est, novus morbus et ante Tiberii principatum prorsus incognitus. Nec vero in iis tantum notis feritas ejus erat, sed quod admodum contagiosus esset, soloque osculo vel contactu non humilem aut mediam plebem, sed solos proceres invaderet. Omnes fere λειχήνα interpr. Impetiginem ; at Corn. Celsus non ita, sed Papulam videtur vocare, cujus duas, quas habet et lichen, differentias statuit, feram et mitiorem ; nam quæ ab eo describitur impetigo, sine dubio lepra est. Gorr., Plin. : v. 26, I, [Jo. Chrys. In Rom. serm. 20, vol. 3, p. 174, 20 : Οὐτε κολοβόκερκον, οὔτε ψωραγριῶντα οὔτε λειχήνα ἔχοντα, ἐπετρέποντο ἀναφέρειν. SEAGER. V. Hippocr. p. 114, D, E. Theophr. De sud. 14 : Τοὺς λειχήνας. Theophr. Nonn. vol. 2, p. 227 cum annot. Bernardi. Matthæi Med. p. 263 : Λιχήσι (sic) καὶ ψώρασι · 276 : Ἐρπησι καὶ λειχήσι. Pollux 4, 193.] || Callus in equorum genibus et supra ungulas in flexu earum partium induratus, teste eod. Gorr., secuto Diosc. 2, 45, ubi et ipse dicit λειχήνας ἵππων esse τύλους κατ' ἐπιγραφὴν ἐντετυλωμένους παρὰ τοῖς γόνασι καὶ παρὰ ταῖς ὀπλαῖς. Sic Plin. 28, 11 : Lichene item equi cum oleo infuso per aurem. [Matthæi Med. p. 311 : Ἴππου λιχήνι.] || Herbæ species, quam aliqui βρόνον appellant, quoniam saxi adhæret. Sunt qui putent esse Hepaticam in officinis dictam.

Sane Diosc. 4, 53, scribit λειχήνα τὸν ἐπὶ τῶν πετρῶν a quibusdam βρούον vocari ; esse enim βρούον προσεχόμενον ταῖς ἐνδρόσοις πέτραις. Nominis ratio ea esse videtur, quoniam, ut idem Diosc. tradit ibid., λειχήνας θεραπεύει. [Feminino genere Nicander Ther. 945 : Κατακνήθειν τε χαμηλὴν ἵππειον λειχήνα. Schol. : Βοτάνη ἢ ἵππολειχὴν θεραπευτικὴ, θεραπεύουσα τὰς λειχήνας, ἣν λέγουσιν ἵπποσέλινον. Quæ ratio præstat alteri ab alio propositæ : Ἰστέον ὅτι γίνονται ἐπὶ τῶν γονάτων τῶν ἵππων λειχήνες, ἃς ἀποξύνειν κελεύει καὶ τρίβοντας δίδόναι πιεῖν ... χαμηλὴν δὲ λειχήνα εἶπε, διότι ἐν τοῖς κάτω τῶν ἵππων μέλεσι γίνεται κτλ. || Hesych. interpr. etiam ἐπὶ τῶν πετρῶν φυκία τινὰ, et τῶν χωρίων τὰ ψιλὰ.]